



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

310. Christus sitiens potatur aceto.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCCIX.

*Christus se à Patre derelictum
clamat.*

I. ERat autem ferè hora sexta : & obscura-
tus est sol. *Luc. 23. v. 44. & 45.* A
sexta autem hora tenebræ factæ sunt super
universam terram, usque ad horam nonam.
*Matth. 27. v. 45. Marc. 15. v. 33. Luc. 23.
Vers. 44.*

II. Et circa horam nonam clamavit Ie-
sus voce magnâ, dicens : Eli, Eli, lamma-
sabachthani ? hoc est : Deus meus, Deus me-
us, ut quid dereliquisti me? *Matth. 27. Vers.
46. Marc. 15. v. 34.*

III. Quidam autem illic stantes, & au-
dientes, dicebant : Eliam vocat iste. *Matth.
27. v. 47. Marc. 15. v. 35.*

MEDITATIO CCCX.

Christus sitiens potatur aceto.

I. POSTea sciens Iesus, quia omnia con-
summata sunt, ut consummaretur Scri-
ptura, dixit : Sitio. *Ioan. 19. v. 28.*

II. Vas ergo erat positum aceto plenum.
Ioan. 19. v. 29. Et continuò currens unus
ex eis, acceptam spongiam implevit aceto,

& imposuit arundini, & dabat ei bibere. *Matthæi 27. & 48.* Dicens: Sinite, videamus, si veniat Elias, ad deponendum eum. *Marc. 15. & 36.* Cæteri verò dicebant: Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum. *Matthæi 27. & 49.*

III. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. *Ioan. 19. & 29.*

MEDITATIO CCCXI.

Christus commendat spiritum in Patris manus, & exspirat.

I. **C**Um accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. *Ioan. 19. & 30.*

II. Iesus autem iterum clamans voce magnâ, *Matth. 27. & 50.* ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. *Luc. 23. & 46.*

III. Et inclinato capite, tradidit spiritum. *Ioan. 19. & 30.*

MEDITATIO CCCXII.

De prodigijs in morte Domini.

I. **V**elum templi scissum est medium. *Luc. 23. & 45.* In duas partes, à summo usq; deorsum, *Matth. 27. & 51. Marc. 15. & 38.*

II. Ter-